

ipsi molesti extiterint. Idcirco recto oculo primates ecclesiarum utiliter praecidendum est, ne quisquam eorum innocens^c vexetur aut scandalizaretur. Intendentes sententiae domini, qui ait: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris et reliqua. 120

<C. 7> AD EPISCOPOS, UT UNANIMES SINT ET SIBI MUTUO AUXILIUM FERANT AC^d NE ABSQUE DISPOSITIONE^e ROMANAE ECCLESIAE PONTIFICIS QUEMQUAM EORUM IUDICARE AUDEANT. INCIPIT GENERALIS EPISTOLA ALEXANDRI PAPAE, QUI FUIT SEPTIMUS POST PETRUM, DE CAUSIS ET GRAUATIONE SACERDOTUM. 125

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas regiones constitutis Alexander episcopus. Nulli^f, fratres, dubium est quia boni a malis semper persecuntur et tribulantur. Propter quod nos humiliari sub potenti manu dei oportet, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quaerens, quem devoret, sic diabolus non cessat circuire et querere, quos ex fidelibus perdat, et maxime illos, quos ardentiores in servitio salvatoris eique^g familiares invenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari et in ordine apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant et peccata populi comedunt, quia suis precibus et oblationibus ea delent atque consumunt. Qui quanto digniores fuerunt, tanto facilius pro necessitatibus, quibus clamant, exaudiuntur. Multum enim, ut ait apostolus Iacobus, valet deprecatio iusti assidua. Qui enim vos persequitur, ipsum, cuius vice legatione fungimini^h, persequitur. Quia, sicut ipse filius dei mediator fuit dei et hominum, ita et vos eius vice in ecclesia estis constituti, ut inter deum et homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum avertit. Et sicut multis nocet, ita et a multis arguendus est et bonorum societate 130 135 140 145

c) nachgetr. B. d) korr. aus HAC B. e) Beginn fol. 3^v B. f) korr. aus Nullis B. g) korr. aus eisque B. h) nachgetr. B.

119 pr(a) evidendum PsIs; US2; US3. 119-120 scandalizetur PsIs; US2; US3. 120 quae ait PsIs (aber qui ait VD38). 122 et reliqua fehlt US2; US3.

<C. 7> 123-159 Ps.-Alexander (JK † 25) c. 11-14, mit überwiegend frei formulierter Rubrik (mit Ausnahme des Schlusses 128) und eigenständiger Inskription. Ed. HINSCHIUS S. 102 Z. 8 - S. 103 Z. 4; ed. SCHON 018.htm. Darin 139 Iac. 5, 16; 156 Ps. 132, 1.

Abweichungen: 129-130 constitutis regiones PsIs. 131-132 oportet steht nach humiliari PsIs (aber fehlt N442; V630; nachgetr. O93). 140 beatus apostolus PsIs. 145 et² fehlt PsIs.